

FILITHEVS REX ALEMANNIAE.



Filitheus filius fuit Flacithei Rugiorum regis. Is patri regno successit, atq; fratri Friderico Faui anorum urbem (quę nunc Vienna dicitur) inhabitā concessit. Ipse uerò maiorū uestigij̄ insistēs suam ditionem ampliare, & Romanorū prouincias circa Danubiū infestare statuit. Itaq; cum exercitu in Noricū progressus, omnia lōgē & latē populus est. Erat Filitheo uxor Gifa, mulier crudelis & imperiosa. hæc non modo Romanos captiuos abduci, uerū etiam grauissima seruitute mancipiorū instar, præmi iussit, atq; ad ergastula damnauit. Cum aut S. Seuerinus senex eam placide admone ret ut mitius ageret, eum increpauit, atq; parū abfuisset quin interficerit. Verū postea cū Seuerini opera eius filius ægrotans, sanitati restitutus fuisset, magno amore eū psecuta fuit. Itaq; Seuerinus Filitheo Romanos ijs in locis adhuc supstites cōmendauit, atq; fœdus initū seruare ius fit. Id quod etiam Filitheus pietate uiri motus gnauiter perfecit. Auent.lib.2.